MONUMENTA
GERMANIAE.

cantu in scalis debemus scandere per muros civitatis et sic possumus eos percutere et vincere absque magno labore." Extunc omnes consencientes eidem et in primo gallorum cantu eadem nocte portantes scalas ad muros, in quibus venientes castrum eciam cum clamore magno, Thuringi expergefacti sunt, currentes in stratis, nescientes, quid agere pre dormicione deberent. Et tandem Saxones percucientes senes cum iunioribus. Eciam mediocres captivi ducti sunt, Rex vero Irminfridus cum uxore, filiis et paucis vix evasit manus eorum.

10!

Quam stragem Theodericus rex percipiens false et dolose vocans Iringum militem ac consiliarium Irmifridi regis, promittens sibi dominaciones multas regni ac dona, ut ipse interficeret Irmifridum, dominum suum secrete, ita quod nullus omnino haberet ipsum exosum de morte et interfeccione + regis ac omnes estimarent ipsum esse innocentem. Et postquam Irminfridus rex prosterneret se ante pedes Theoderici, Iringus sperabat de promisso Theoderici, quod non preteriret iusiurandum. Illico interfecit Irmifridum, dominum suum, valde miserabiliter. Quem Iringum Theodericus rex torvo vultu inspiciens dicensque ei: "Ex eo, quod occidisti dominum tuum proprium tibi fidelem et graciosum, omnis terra ex iure debet te exosum habere et invidere, modo recedas a nobis, nolumus malicie tue esse particeps." Cui Iringus:

dnaciones c

+ f. CCXLV b.

Irmifridus occiditur ab Iringo milite suo.

torvo vultu